

291.

Markgraf Albrecht von Brandenburg bestätigt den Kauf (vergl. No. 290) des bei dem Dorfe Mose gelegenen Grundstücks Badenacker Seitens des Klosters U. L. Frauen zu Magdeburg. — Zeugen: die Leute des Grafen Dedo. Elbey, 1159 Sept. 13.

- ⁵ Hdschr.: Cod. Vienn. (Saec. XII.) fol. 28 Bibliothek Wernigerode (ohne Datum und Zeugen) (A) und Roth's Buch Kopial fol. 69^b (Saec. XIV.) Kloster U. L. Frauen Magdeburg (B).
Gedr.: v. Heinemann, Cod. dipl. Anhalt. 1,330 und Geschichtsqu. der Provinz Sachsen 10,26.

Adelbertus divina favente clementia marchio. Quoniam disponente deo in defensione fidelium vicaria ipsius administratione perfungimur, summopere procurandum nobis
10 est, quatinus ministerii huius idonei executores inveniamur. Inde est, quod ecclesiam beate Marię Magdeburgensem debito nobis iure advocatie manu tenemus et, ne qua bonorum eius iniusta direptio fiat, sollerti vigilantia procurare studemus. Notum igitur facimus universitati fidelium tam presentium quam futurorum, quod fratres eiusdem ecclesie fundum quendam adiacentem ville Mose^a), qui vulgato nomine Badenacker vocatur, a comite
15 Dedone filio marchionis Conradi pretio sexaginta librarum emerunt^b) et perpetuo possidendum absque cuiusquam contradictione susceperunt^c). Huius emptionis consummatio et confirmatio acta est in villa Elvebuge super ripam Albis fluminis prefato comite Dedone consensu uxoris sue et legitimorum heredum super reliquias beate Marię cum attinente prato memoratum fundum offerente meque cum filio meo Ottone marchione ex decreto
20 provincialis iuris pollicitatione publica sub tuitionem nostri iuris ipsum rite suscipiente. Ne qua igitur futuris postmodum temporibus de his omnibus cuiusque oriatur querimonia^d), actionem hanc scripto annotavimus et adhibitis idoneis testibus sigilli nostri inpressione insignitam perpetuo confirmavimus. Acta^e) sunt hec autem anno dominice incarnationis M̄CLVIII, indictione septima, concurrente iiii, epacta xi, idus septembris, Adriano summo
25 pontifice sancte Romane ecclesie presidente, regnante Frederico Romanorum imperatore semper augusto, sub presulatu venerabilis Wichmanni Magdeburgensis archiepiscopi; feliciter amen. Huius rei testes sunt. Hazeco decanus maioris ecclesie. Ludewicus prepositus ecclesie sancte Marie. Arnoldus. Odelricus eiusdem ecclesie canonici. Eilardus. Gisilbertus. Baldewinus. Meinerus laici fratres. Wernerus comes de Velteim. Uffo.
30 Bruno de Gerslove. Richardus de Alslove. Heremannus de Bardenlove. Ericus de Elvebuge. Godescalcus de Vulmerstede^f), homines etiam memorati comitis Dedonis Cunradus de Within Godescalcus Henricus Hovet Burchardus Otto Theodericus Henricus filius prefecti Sifridi.

292.

³⁵ Bischof Berthold von Naumburg legt den zwischen dem Domkapitel zu Meißen und der Kirche zu Schmölln über 7 Hufen in Zwitich im Gau Dalminza obwaltenden Streit bei. Markgraf Otto, welcher diese Hufen zu Lehen getragen, giebt hierzu seine Einwilligung. — Zeuge: Markgraf Otto. Zeit, 1159 Okt. 27.

Hdschr.: Or. Perg. Stiftsarchiv Meißen. S. hinten aufgedrückt und mit Pergamentstreifen befestigt.

Gedr.: Cod. dipl. Sax. reg. II. 1,53.

⁴⁰ C. :In nomine sancte et individue trinitatis. Bertoldus dei gratia sanctę Nuemburgensis ecclesie episcopus omnibus Christi fidelibus in perpetuum. : | Officii nostri debitum

291. a) Mosse B. b) emerint B. c) susceperint B. d) querimonia oriatur B. e) Von Acta — Schluß fehlt A. f) Wlmerstede B.